



**Chronologiae Veteris Testamenti Accvratvm Examen
Augustißimæ, Invictissimæq[ue] Domui Austriacæ
Dicatvm**

Philippi, Henricus

Coloniae Agrippinae, 1637

5. Quoto die mensis septimi datum sit initium dedicationis templi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64340](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64340)

*Quoto die mensis septimi datum sit initium
dedicationi templi.*

*Ad die 15.
Tisri.*

1. **T**ostatus hic q. 1. eam existimat à die 15. ad 22. tenuisse: quia v. c. notatum est, Salomon fecit sollempnitatem diebus septem, & collectam: nullum autem festum præterquam tabernaculorum habere stulabat. Ergo, inquit, erat tunc festum tabernaculorum, quando altare dedicatum. Verum hoc admitti non debet: sed breuiter dicendum hanc de dedicatione octaua die Tisri, vsque ad decimam quartam inclusiuè perfectam, & octos dies septem Scenopegiæ, ac denique diem collectæ ritu legitime celebratam. A quintodecimo die mensis huius, erunt ferie tabernaculorum septem. Leuit. 23. v. 34. Dies quoque octauus erit celeberrimus atque sanctissimus: holocaustum Domino, est enim cæsus atque collecta: omne opus seruile non faciatur. v. 36. Ita docent Torniiellus num. 23. Salianus num. 8. Mariana, Sa. Mar. num. 8.

*Ad 21. in-
clusiuè.*

2. Ad rationem Tostati ex ipso sacro textu responsum patet. Solus septem diebus festiuitatem celebravit: prioribus septenis à die octaua manquam tam inclusiuè; posterioribus à decima quinta ad vicelesimam. Die autem vicelesima secunda quæ erat octaua ab initio tabernaculorum de more collectam, populumque dimisit vt habet liber Regum, id est vt potestatem indulgit, nempe in crastinum, quo tandem die qui erat tertius Tisri mensis, vt se quisque in viam daret regis permissu concessit vt in Paralipomenis referitur & monent auctores præcitati.

*Populus
dimissus 16
Octob. fer.
4.*

3. Sethus Caluissius in edit. 3. ad an. m. 2940. ante Christi æram 1017. Solis 8. Lunæ 18. ait populum dimissum die vigesima tertia septimi mensis, 5. Octobris. Ego vero hæc ad annum ante Christi Epocham 1017. puto. cyclo Solis 7. Lunæ 17. lit. Dom. F. Epacta 29. qua ratione mensis Tisri fuerit circa quartam & vicelesimam Septembris fer. 3. Festum tabernaculorum 8. Octobris fer. 3. populus ad sua redire cœperit 23. Tisri, hinc 4. Octobris fer. 4.

*Ignis da-
tur cœli-
stis.*

4. Ad hanc dedicationem spectat illud 2. Paralip. 7. v. 1. Cumque Salomon fundens preces, ignis descendit de celo, & deuorauit holocausta & victimas: miraculum acciderat annis abhinc 485. anno secundo egressus de Hierusalem 10 die octauo Nisan, quo egressus ignis à Domino deuorauit holocaustum, & adipem, qui erant super altare. Leuit. 9. v. 24.

(*) (*)